

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Regula II. Divisum plus debet continere, quam singula membra divisionis.
Vel: Singula membra divisionis minus continent, quam divisum

urn:nbn:de:bsz:31-102400

& liquens convenientiunt quidem atris, sed si ipsum divisum subintelligatur, ita ut membra sint, album durum, album molle, & album liquens, jam atro non convenientiunt, nec extra album patent.

IV. Dici etiam potest, partem communem & propriam, quæ *Physicæ* tribuuntur, cum *Logicæ* etiam applicantur, non esse eadem membra, quia æquivocè hisce diversis disciplinis tribuuntur, ut patet ex earum definitionibus. Nam si *Physicam*, dividas in partem communem & propriam, pars communis dicitur, in qua agitur de corpore naturali in genere, pars propria autem, in quâ agitur de speciebus corporis naturalis. Hæ definitio-nes non competitunt parti communii & propriæ, quando hæc vocabula *Logicæ* dividendæ accommodantur. Sicigitur nego, cum *Physica* in partē communem & propriam dividitur, membra hu-jus divisionis *Logicæ* competere: quæ enim æqui-voca sunt, pro iisdem non habentur.

REGULA II.

Divisum plus debet continere, quam singu-la membra divisionis.

Vel:

Singula membra divisionis minus contine-ant, quam divisum.

I. Ita cum animal dividitur in hominem & brutum, plus continet animal, quam homo, quia præter hominem continet etiam brutum; plus etiam

fiam co
contin
in corp
homo,
net & ar
quia pr
III.
jus bon
tione ip
le; prior
homo, c
nem &
Reg. seq

Membr

I. Ita
Naturæ
animal
non po
utibi ha
mul alb
reprehend
eriam,
instrum
sed sub

II. I

iam continet quām brutum, quia præter brutum continet hominem. Sic & cūm homo dividitur in corpus & animam rationalem, plus continet homo, quām corpus, quia præter corpus continet & animam, plus etiam continet quām anima, quia præter animam continet & corpus.

III. Obstat autem Regula videtur, quod hujus bonæ divisionis : *Hominis altera pars, ratione ipsum componens, est animal, altera rationale;* prior pars, quæ animal est, plus continet quām homo, qui hic dividitur : continet enim & hominem & brutum. Verum ad hanc objectionem Reg. sequ. respondebimus.

REGULA III.

Membra divisionis debent inter se esse opposita.

I. Ita expressè Philosophus X. *Metaph. c. XI.* Πάντα γέ διαρέπται τοῖς αὐλίκεισθόν. Et I. de part. animal. c. III. τοῖς αὐλίκειμένος χεὶ διαρέψιν. Ita non possunt dividi animalia in alba & natantia ut ibi habet Aristoteles, quia natans potest esse simul album. Ita Scaliger II. de plant. pag. 420. reprehendit divisionem causæ in efficientem, materiam, formam, finem & instrumentum, quod instrumentum non opponatur causæ efficienti, sed sub eâ contineatur.

II. Importat igitur hæc Regula, ut ne unum

A. A. 2

mem.